nūq̄ tremuisse tradūt. Ratione aūt huius rei hāc reddūt: q̄ ex limo tota cōcreuerit. Tantū em̄ si homero fides est: aberrat a cōtinenti Phares quantū nauis diurno cursu metiri plenis lata velis p̄t sed cōtinenti admota est Turbidus ei defluēs Nilus multūq̄ secū limū trahēs: et cū sub inde apponens prioribus terris egipto annuo incremēto semꝑ vltra tulit. Inde pinguis ⁊ limosi soli est nec vlla interualla in se habet et sic creuit in solidū arescente limo: cuius pressa erat et sedēs structura. Cū ptes glutinarent: nec q̄cq̄ inane interuenire poterat. Cū solido liquidū: ac molle sp̄ accederet. sed mouet̄ et Egiptus et Delos quā Virgilius stare iussit. Immotāq̄ coli dedit et cōtemnere ventos. Hāc phi quoq̄ credula natio dixerūt nō moueri auctore Pyndaro. Thucidides ait antea quidē immotā fuisse. s₃ circa pelopōnesiacū bellū tremuisse. Calistenes et alio tp̄e ait hoc accidisse. Inter multa inquit ꝓdigia q̄bus denūctiata ē duaꝝ vrbiū Helices et Buris euersio fuere maxime notabilia: colūna ignis immensi et delos agitata. Quā ideo stabilē videri vult: q: mari imposita sit. habeatq̄ cōcauas rupes et saxa puia que dent dep̄hēso aeri reditū. Ob hoc etiā insulas esse certioris soli vrbesq̄ eo tutiores: quo ꝓpius ad mare accesserunt. falsa hec esse Pompeiū et herculaneū sensere: Adijce nūc q̄ oīs ora maris obnoxia est motibus: Sic paphos nō semel corruit. Sic nobilis et huic iā familiar₃ Halonicopol'. Cyprū ambit altū mare ⁊ agitat̄. Tyros ⁊ ipsa tā mouet̄ q̄ diluit̄.

Hec fere cause reddunt͏ᷣ ꝑpter quas tremit terra. Quedā tñ ꝓpria in hoc campano motu accidisse narrant͏ᷣ: quoꝝ ratio reddenda est. Aiūt em̄ sexcentaꝝ ouiū gregem exanimatū in pompeiana regione. Nō est quare hoc putes ouibus illis timore accidisse. Diximus solere post magnos terraꝝ motus pestilētiā fieri. Nec id mirū est. mortifera in alto latēt. At aer ipse q̄ vel terraꝝ culpa vel pigritia ⁊ eterna nocte torpescit grauis haurientibus est. Uel corruptus eternoꝝ igniū vicio: cū est longo situ emissus. Parū habet liquidū qd̄ maculat ac polluit. insuetūq; ducētibus spiritū affert noua genera morboꝝ. Quid ꝙ aque inutiles pestilentesq; in abdito latent: vt quas nūq̄ vsus exerceat: nūq̄ aura liberior verberet? Crasse itaq; et graui caligine sempiternaq; tecte: nihil nisi pestiferū in se et corporibus nostris cōtrariū habent. Aer quoq; qui mixtus est illis quiq; inter illas paludes iacet cū emersit late viciū suum spargit et haurientes necat. Facilius aūt pecora senciunt in q̄ pestilentia incurrere solet quo auidiora st̄ʒ aperto celo plurimū vtuntur et aquis quaꝝ maxima in pestilentia culpa est. oues ꝟo mollioris nature quo ꝓpriora terr̄ ferūt capita corruptas esse nō miror: cū flatus diri aeris circa ipsam humū exceperint. nocuisset ille et hoībus si maior exijsset sʒ illū copia aeris sinceri extinxit: anteq̄ vt ab hoīe posset trahi surgeret: multa aūt terras habere mortifera vel ex hoc intellige ꝙ tot venena nascunt͏ᷣ. Non manu sparsa sed sponte. solo scʒ habente vt boni ita mali semina.

Liber sextus

Quid q' pluribus italie locis p quedam foramina pesti-
lens exhalat vapor: quem nō homini ducere nō fere tutū
est. Aues quoq; si in illū inciderint antequā celo meliore
leniat in ipso volatu cadūt liuentq; corpa. et nō aliter q̄
p vim elise fauces tumēt. Hic spiritus q̄diu terras cōti
net tenui foramine fluens: non plus potentie h3 q̄ vt de
spectantia et vltro sibi illata cōficiat. Ubi p secula cōditis
tenebris ac tristicia loci creuit in viciū ipa ingrauescit mo
ra peior quo segnior. Cū em̄ exitū nactus est eternū illud
vmbrosi frigoris malū et infernā noctem soluit ac regio
nis nostre aera infuscat. Uincunt em̄ meliora peioribus
Tūc etiam ille spiritus purior trāsit in noxium. Inde su
bite cōtinueq; mortes et monstruosa genera morbo℞ vt
ex nouis orta causis breuis: aut lōga clades est put vitia
valuere. Nec prius pestilentia desinit q̄ spiritū illū graue
exercuit laxitas celi ventorumq; iactatio. Nā qd aliquos
insanis: attonitisq; similes discurrere facit motus q̄ excu
tit mentes vbi priuatus ac modicus ē. q̄d vbi publice ter
ret. vbi cadūt vrbes: ppl'i opprimunt. terra cōcutit? Quid
mirū ē animos inter dolorē z metū destitutos aberrasse?
Nō ē facile int magna mala nō desipe. Itaq; leuissima in
genia fere intantū venere formidinis vt sibi exciderēt. Ne
mo quidē sine aliq̄ iactura sanitat; expauit: similisq; furē
ti q̄squis timet. S3 alios cito timor sibi reddit. alios ve
hemētius pturbat et in dementiā trāsfert. Inde inter bel
la errauere limphatici. nec vsq̄ plura exempla vaticinan
tiū inuenies q̄ vbi formido mētes religione mixta pcussit

Satuā diuisam nō miror cū dixerim mōtes a montibus recessisse et ipm diruptū eē ab imo solū. Hec loca vi quondā et vasta ꝑcussa ruina Tantū eui lōginqua valet mutare vetustas: dissiluisse ferūt cū protinus vtraqꝫ tellus. Una foret. venit ingēti vi pontus et ingēs. Hesperiū siculo latus abscidit: aruaqꝫ et vrbes. Equore diductas: angusto interluit estu. Uides totas regiones a suis sedibus reuelli et trans mare iacere. qđ in confinio fuerat. Uides et vrbiū fieri gentiū dissidiū cū ꝑs nature concita est de esse et aliquo mare ignē spiritu impegit: quoꝝ mira vt ex toto vis est. Quāuis eñ ꝑte seuiat: mūdi tñ viribus seuit. Sic et hispanias a cōtextu affrice mare eripuit: sic ꝑ hāc inundationē quā poetaꝝ maximi celebrāt: ab italia Sicilia reiecta est. Aliquāto aūt plus impetus hñt q̄ ex infimo veniūt Acriora eñ st̃ in quibus nisus est ꝑangusta. Quātas res hij terraꝝ tremores: quāqꝫ mira spectacula ediderint satꝫ dictū est. Cur ergo aliquis ad hoc stupet ꝙ es vnius statue: ne solidū quidē: sed cōcauum ac tenue diruptū est: cū fortasse in illud se spiritus querens fugā incluserit? Illud vero quis nescit? Diductis edificia angulis vidimus moueri. iterūqꝫ cōponi. Quedā vero parū aptata situ suo: et a fabris negligentius solutiusqꝫ cōposita terremotus sepius agitata cōpegit. Quod si totos parietes et totas findit domos: et latera magnaꝝ turriū qua solida sint scindit: et pilas opibus subditas dissipat. quid est quare quisquis dignū annotari putet: sectā esse equaliter ab ymo ad ca

put in ptes duas statuam Quare tamē p plures dies motus fuit. Non desijt enī assidue tremere cāpania. clementius quidem sed ingenti dāno: qꝛ pressa ⁊ quassa quaciebat. quibus ad cadendū molestantibus nō erat impelli sꝫ agitari. Nondū videlicet spūs omnis exierat sꝫ adhuc emissa sui pte maiore oberrabat. Inter argumenta quibus pbatur spiritu ista fieri non est qꝫ dubites et hoc ponere. cum maximus editus tremor est: quo in vrbes terrasqꝫ seuitū est. nec pt postea illi subsequi alius: sed post vim maximā leues motus stꝫ qꝛ vehementius exitū ventis luctantibus fecit. Reliquie deinde residui spūs nō idē possunt nec illis pugna opus est: cū iam viā inuenerint sequānturqꝫ ea qua prima vis ac maxima euasit. Hoc quoqꝫ dignū memoria iudico ab eruditissimo et grauissimo viro cognitū: forte enī cū hoc euenit lauabat. vidisse se affirmabat in balneo thessalas qbus solū erat stratū alterā ab altera separi ita qꝫ cōmitti et aquā mō recipi in cōmissuras pauimēto recedente mō cōpresso bullire et elidi. Eundē audiui narrantē vidisse se molles materias. mollius crebriusqꝫ tremere qꝫ natura dur estꝫ. Hec lucilli viroꝝ optime quātū ad ipsas causas. Illa nūc que ad cōfirmationem animoꝝ ptinent quos magis refert natura forciores fieri qꝫ doctiores. Sꝫ alteꝝ sine altero nō fit. Nō enī aliunde animo venit robur qꝫ a bonis artibus: qꝫ a cōtemplatione nature. Quē ei nō hic ipse casus aduersus oēs firmauerit ⁊ erexerit? Quid ē enī cur ego hoiem aut ferā quidē? Cur sagitā aut lanceā tre

mā.maiora me picula expectāt. Fluminibus ⁊ terr℥ et magnis nature ptibus petimur. Ingēti itaq; aio mors puocāda ē. siue mors equo vastoq; īpetu aggredit: siue quotidiano ⁊ vulgari exitu. nihil refert q̄ minax veniat: quātūq; sit qd in nos trahat. Qd a nob petit minimū est. Hoc senectus a nob ablatura ē. Hoc auricule dolor. Hī in nob humor℥ corrupti abundātia. hoc cibus pa℞ obsequēs stomacho. Hoc pes leuiter offensus. Pusilla res est hoīs aīa: sed ingens res est cōtempus aīe. Hāc q̄ cōtempserit securus videbit maria pturbari etiā si illa oēs excitauerint venti. etiā si estus aliqua pturbatione mūdi: totum in terras vertet oceanū. Securus aspiciet fulminantis celi trucem ac horridam faciē: frangat licet celum ⁊ ignes suos in exitiū omniū in primis suū misceat. securus aspiciet ruptis cōpagibus dehiscens solū. Illa licet infero℞ regna detegant: stabit sup illā voragimē intrepidus: et fortasse quo debet cadere desiliet. Quid ad me q̄ sint magna q̄bus pereo. Ipsum perire nō est magnū. proinde si volumus esse felices: si nec hoīm nec deo℞ nec re℞ timore versari. si despicere fortunam sup uacua pmittentē leuia manifestantē. Si volumus tranquille degere: et ipsis dijs de felicitate cōtrauersiā agere. aīa in expedito est habēda. Siue illā insidie. siue morbi petēt. siue hostiū gladij siue insula℞ cadētiū fragor. siue ipsa℞ ruina terra℞. siue vasta vis igniū vrbes agrosq; pari clade cōplexa q̄ valet illā eā accipiat: Quid aliud de deo q̄ exeuntē hortari et cum oībus bonis emittere. vade

fortiter vade felicit. Nihil dubitaueris reddes. Nō de re sed de tpe est questio. Facis quod quādoqꝫ faciendū est. nec rogaueris: nec timueris nec te velut in aliqđ malū exiturū tuleris retro. Rerū natura que te genuit expectat: ꝛ locus melior ac tucior. Illic non tremunt terre. nec interse venti cū magno nubiū fragore cōcurrūt. nō incendia regiones vrbesqꝫ vastāt. nō naufragiorꝫ totas classes sorbentiū metus est. non arma cōtrarijs disposita vexillis et in mutuā pniciē multorꝫ milium par furor. non pestilentia et ardentes promiscue cōmunes populis cadentibus rogi. Istud leue est. Quid timemus? Graue est. pocius semel incidat q̄ sp impendeat. Ego aūt perire timeā cū terra añ me pereat: cū ista quatiunt̄ q̄ quatiūt et ī iniuriā nostrā nō sine sua veniunt. Helicē Burimqꝫ totas mare accepit. ego de vno corpusculo timeā? Supra oppida duo nauigat̄: duo aūt que nouimus. que in nostrā noticiā memoria litteris seruata pduxit Qm̄ multa alia alijs loc꞉ mersa sꝫ. Quot populos atqꝫ terra infra se mare inclusit. Ego recusem mei finē cū sciā me sine fine nō esse. immo cū sciā oīa esse finita Ego vltimū suspiriū timeā? Quātum potes itaqꝫ ipse te cohortare Lucilli cōtra metū mortis. Hic est q̄ nos humiles facit: hic est q̄ ipsam vitā cui parcit inquietat ac pdit. Hic oīa ista dilatat terrarꝫ motus ꝛ fulmina. Que oīa feres constanter si cogitaueris nihil interesse inter exiguū tēpus ꝛ longū. Hore sꝫ quas pdidimus. Puta dies ec: puta mēses: puta annos. pdidimus illos nēpe pdituros

Quid oro te refert? si nõ peruenia ad illos? Fluit tempus et auidissimos sui deserit. Nec qd futurum est meũ est. nec qd fuit in pnucto fugiẽtis tpis. Pendeoqȝ et magni est modi cũ fuisse. Eleganter ille Lelius sapiẽs dicẽti cuidã sexagin ta annos habeo. Hos inquit dicis. lx. quos non habes? Nõne ex hoc quidem intelligimus incõprehensibilis vite cõditionẽ ꝛ sortem tpis sp alieni ꝙ annos annumeramus amissos. Hoc assignamus aio. hoc nobis subinde semp dicamus. Moriendum est? Quando? Quid tua interest? Mors nature lex est. tributũ officiũqȝ mortaliũ: malorũ ꝗ oĩm remediũ est. Optabit illam quisquis timet. oĩbus omissis hoc vnũ lucilli meditare ne mortis nomẽ reformi des. effice illam tibi cogitatione multa famularem: Uel si tulerit possis illi ꝛ obuiam exire)

¶ Lucij Annei Senece cordubensis: naturaliũ liber sep timus et vltimus: in quo agit de cometis feliciter Incipit.

Nemo vsqȝ eo tardus et hebes et demissus in terrã est vt ad diuina nõ erigatur ac tota men te cõsurgat vtiqȝ vbi nouũ aliquod e celo miraculũ fulsit. Nam ꝙdiu solita decurrunt: magnitudinẽ rerum cõsuetu do subducit. Ita eñi compositi sumus vt nos quotidiana etiã si admiratione digna sunt transeant. Cõtra minima rum quoqȝ rerum si insolite prodierunt spectaculum dul ce fiat. Hic itaqȝ cetus astroꝝ quibus immensi corporis pulchritudo distinguitur populum non cõuocat. At cum aliqd ex more mutatũ est omniũ vultus in celo est. Sol

spectatorẽ nisi cũ deficit non hꝫ. Nemo obseruat lunã nisi laborantẽ. tunc vrbes cõclamant: tunc pro se quisq̧ supsti tione vana trepidat. Quãto illa maiora sꝫ: ꝙ sol totidẽ (vt ita dicam) gradus quot dies hꝫ. et annũ circuitu suo clau dit: ꝙ a solstitio ad minuẽdos dies vertit: ꝙ a solsticio sta tũ inclinat et dat spaciũ noctibus: ꝙ sidera abscõdit: ꝙ ter ras cũ tãto maior sit illis nõ vrit: sꝫ calorem suũ intensio nibus ac remissionibus tempando fouet: ꝙ lunã nunq̃ implet nisi aduersã sibi. nec obscurat. Hec tñ nõ annota mus q̃diu ordo seruat. Sed siq̇d turbatũ est aut p̃ter cõ suetudinem emicuit expectamus. interrogamus. ostendi mus. Adeo naturale est: magꝭ noua q̃ magna mirari. Idẽ in cometꝭ fit: si rarius ꝛ insolite figure ignis apparuit. Ne mo non scire quid sit cupit: et oblitus alioꝝ de aduenticio querit ignarus: vtrũ debeat mirari aut timere. Nõ eñ de sꝫ qui terreãt. q̇ significationes eius graues predicẽt. Sci scitant itaq̧ et agnoscere volũt: ꝓdigiũ sit an sydus. At me hercules nõ aliud quis aut magnificentius quesierit aut didicerit vtilius: q̃ de stellaꝝ syderũq̧ natura vtrũ flãma cõtracta: qđ et visus noster affirmat et ipsum ab illis flu ens lumẽ et calor inde descendẽs: an vero sint flammei or bes: sꝫ solida quedã terrenaq̧ corpa queꝑ igneos tractus labentia inde splẽdorẽ trahãt colorẽq̧ nõ de suo clara. In qua opinione magni fuere viri qui sydera crediderũt ex du ro cõcreta et ignẽ alienũ pascentia. Nã ꝑse inquiunt flã ma diffugeret nisi aliq̇d haberet qđ teneret et a quo tene

retur: cōglobataq; nec stabili indita corpori pro certo iā mundus turbine suo dissipasset. Ad hec in vestiganda ꝓ derit querere. Nū comete cōditionis sint cuius superiora. videnť eñ cū illis quedā habere cōmunia ortus ꝛ occasus Ipse quoq; ꝙuis spargant et lōgius exerant faces eque tñ ignei splendidiq; sꝫ. Itaq; si oia terrena sydera sunt. hijs quoq; eadē sors erit. Si vero nihil aliud sunt ꝙ puris ignis: mouēturq; mensibus senis. nec illos cōuersio mundi soluit et velocitas. illa quoq; possunt et tenui constare materia. nec ob hoc discuti assiduo celi circūactu. Il lo quoq; ptinebit hoc excussisse vt sciamus vtrū mundus terra stante circūeat: an mundo stante terra vertatur. Fuerūt eñ qui dicerēt nos esse quos rerū natura nescientes ferat. nec celi motu fieri ortus et occasus. sꝫ ipsos oriri et occidere. Digna res est cōtemplatōe vt sciamus in quo rerū statu simus pigerrimā sortiti an velocissimā sedem circa nos deus oia: an nos agat. Necessarium est aūt veteres ortus cometaꝝ habere collectos. Deprehēdi eñ ꝓpter raritatē eoꝝ cursus adhuc nō pt nec explorari an vices seruent. et illos ad suū diem certus ordo ꝓducat. Noua hec celestium obseruatio est: et nuꝑ in grecia inuenta. Democritus quoq; subtilissimus antiquoꝝ oim suspicari se ait. Plures stellas esse que currāt. sꝫ nec numerū illaꝝ posuit nec oia. nec dum cōprehensis quinq; syderū cursibus. Eudoxius primus ab Egipto hos motus i greciā trāstulit. Hic tamē de cometis nihil dicit. Ex quo apparet ne apud

egiptios quidē q̄bus maior celi cura fuit hāc ptem elaboratā Conō orima. diligens et ipse inquisitor defectiones quidē solis seruatas ab egiptijs collegit: nullā āt mētionē fecit cometaꝝ. nō ṗtermissurus si q̄d explorari apud illos cōperisset. Duo certe q̄ apud Caldeos studuisse se dicunt Epigenes et apollonius mūdi peritissimus inspiciendo rū naturaliū inter se dissidēt. Hic eñ ait cometas in numero stellaꝝ errantium poni a chaldeis tenerių cursus caꝝ. Epigenes cōtra ait chaldeos nihil de cometis habere cōprehensi sz videri illos accendi turbine quodā aeris cōcitati et intorti. Primū ergo si tibi videtur opiniones huius modi ponamus ac refellamus. Hinc videt̄ plurimū viriū habere. ad oēs sublimiū motus stella Saturni. Hec cum prima signa martis: aut in lune vicina trāsit: aut solis incidit radios natura ventosa et frigida cōtrahit pluribus locis aera cōglobatq̄ꝫ. Deinde si radios solis assumpsit. tonat fulguratq̄ꝫ. Si Martem quoq̄ꝫ cōsentientem habet. fulminat. Preterea in quit aliam naturā habent fulmina aliā fulgurationes. aquaꝝ eñ et oīs humidi euaporatio splēdores tantū celi citra ictū minaces mouet: Illa aūt calidior siccor terraꝝ exhalatio fulmina extūdit. Trabes ꝓo et faces q̄ nullo alio inter se q̄ꝫ magnitudine distāt. hoc mō fiunt. Cū humida terrenaq̄ꝫ in se globus aliquis aerꝫ clausit: quē turbinem dicimus quacūq̄ꝫ fertur prebet speciem ignis extenti. Que tam diu durat q̄ꝫdiu mansit aeris illa complectio humidi intra se terreniq̄ꝫ multum vehens

vt a primis mendatijs incipiã. falsum est faces et trabes exprimi turbine. Turbo enĩ circa terras cõcipit ac fertur. Ideoqꝫ arbusta radicitus vellit. 7 quacũqꝫ incũbit solũ nudat. Siluas interim et tecta corripiẽs inferior fere nubibus. vtiqꝫ nũqꝫ altior. At cõtra trabes edicior celi ps ostentat. ita nũqꝫ nubibus obstiterũt. Preterea turbo oĩ nube velocior rapit et in orbem vertit. Sup ista velociter desinit et ipse se sua vi rũpit. Trabes aũt nõ transcurrũt nec preteruolãt vt faces sꝫ cõmorant 7 in eadẽ pte celi collucẽt. Charimander quoqꝫ in eo libro quẽ de cometis cõposuit. ait Anaxagore visũ grande insolitũqꝫ celo lumẽ magnitudinẽ ample trabis et id p multos dies fulsisse. Calistenes tradit anteqꝫ Burim et Helicẽ mare absconderet. Aristoteles ait: nõ trabẽ illam sed Cometẽ fuisse. Ceterũ ob nimiũ ardorem nõ apparuisse sparsum ignẽ. sed pcedente tpe cũ iam minus flagraret: redditã suam cometis faciẽ. In quo igne multa quidẽ fuerũt digna que notarent. Nihil tamẽ magis qꝫ qꝫ vt ille fulsit in celo: statim supra Burim et Helicẽ mare fuit. Nũquid ergo Aristoteles nõ illã tantũ: sꝫ omnes trabes cometas esse credebat? Hãc habetis differentiã qꝫ is cõtinuus ignis est: ceteris sparsus. Trabes enĩ flãmam equalẽ habent nec vllo loco intermissam aut languidã. In vltimis vero ptibus coactã qualem fuisse illam de qua mõ retuli Calisthenes tradit. duo inquit. Epigenes cometaꝝ genera sũt. Alij ardorẽ vndiqꝫ effundũt. nec locũ mutãt. Alij in vnã ptem ignem vagũ in modũ

come porrigunt: et stellas non pretermeant: quales duo etate nostra visi sunt. Illi priores criniti vndique etiam immoti humiles fere sunt. et eisdem causis quibus trabes facesque conflantur et ex intemperie aeris turbidi multa secum arida humidaque terris exhalata versantis. Potest enim spiritus per angusta elisus accendere supra se positum aera plenum alimentis idoneis igni. Deinde propellere ex nitido: ne ex aliqua causa refluat cursus ac remittatur. Deinde iterum proximo die ac sequentibus consurgere et eundem locum inflamare. Uidemus enim ventos per plures dies ad constitutum redire. Pluuie quoque et alia tempestatum genera ad prescriptum reuertuntur. Ut breuiter autem voluntatem eius exprimam eadem enim ratione hos cometas existimat: qua fiunt ignes turbine electi. Hoc vnum interest quod illi turbines ex superiori parte in terras deprimuntur. Hii de terra in superiora eleuantur. Aduersus hec multa dicuntur. Primum si ventus in causa esset. nunquam cometes sine vento appareret. Nunc autem et quietissimo aere apparet. Deinde si vento fieret. cum vento caderet. Et si vento inciperet: cresceret vento. eoque esset ardentior quo ille incitatior. His accedit illud quoque ventus multas aeris partes impellit. Cometes in vno loco apparet: et ventus in sublime non peruenit. Cometes autem visuntur supra quam ventis ire licet. Transit deinde ad illos quos ait certiorem habere stellarum speciem. qui et procedunt et signa pretereunt. Hos ait ex eisdem causis fieri: quibus illos quos dixit humiliores. Hoc tantum interest: quod terrarum exhalationes mul

ta secum arida ferentes celsiorem petant ptem et in eclipti
ca celi aquilone pellant. Deinde si illos aquilo ppelleret.
ad meridie sp augerent quo ventus hic nitit. Atq varie cō
currūt. alij in ortū. alij in occasum. oēs inflexu qd iter non
daret ventus. Deinde si aquilonius illos impetus a terris
in altū leuaret: alijs ventis nō orirent comete. atqui oriun
tur. Illā nūc rationē eius: vtraq eni vtit reuellamus. quic
quid humidi aridiq terra efflauit cū in vnū coit. ipsa dis
cordia corpoꝝ: spiritū versat in turbinē. Tūc illa vis venti
circumeuntis quicquid inter se cōprehēdit cursu accendit
et leuat in altū ac tā diu manet splendor ignis expressi q̄
diu alimēta sufficiunt. quibus desinētibus et ipse subsidit.
Qui h dicit nō notat qualis sit turbinū cursus ꝛ qualis
cometaꝝ. Illoꝝ rapidus ac violētus et ipsis vētis citaci
or est. cometaꝝ leuis: et q p diē et noctē quātum trāsierit
abscondat. Deinde turbinū motus vagus est et disiectus.
et (vt Salustij vtar pbis) verticosus. cometaꝝ aūt cōposi
tus ꝛ destinatū iter carpens. Nūqm̄ nostrū aut accederet
lunā aut qnq sydera rapi vēto aut turbine rotari? Nō vt
puto. Quare? qꝛ nō est illis pturbatus et impotēs cursus.
Ad cometas idē trāsferamus. Non cōfuse nec tumultuose
eunt. vt aliqs credat illos causis turbulentis et incōstanti
bus pelli. Deinde etiā si vertices isti cōprehendere terrena
humidaq et ex humili in altū exprimere possent. nō tantū
supra lunā efferrēt. Omnis illis vsq in nubilū vis ē Co
metas aūt immixtos stellis videmus per superiora laben

tes. Ergo verisimile non est in tantū spaciū ꝑsenerare tur binē.q̄ quo maior est maturius corrumpit᷑. vtrūlibet itaqꝫ eligat.aut vis leuis inde ꝑuenire non poterit.aut magna et cōcitata citius ipsa se franget. Preterea humiliores illi comete obhoc vt putant non exeunt altius: qꝛ plus terre ni habent. Grauitas illos sua in ꝓximo tenet. Atqui ne cesse hijs cometꝫ diuturnioribus celsioribus plenior ma teria sit. Neqꝫ eñ͞ diutius apparēt nisi maioribus nutri mentis sustinerent᷑. Dicebam mō non posse diu verticē ꝑ manere: nec supra lunā aut vsqꝫ in stellaꝝ locū cresere. Nem pe efficit turbinem plurimum ventoꝝ inter ipsos luctatio Hec diu non potest esse. Nam cum vagus et incertus spi ritus certi volatus est. nouissime vni vis omnium cedit. Nulla autem tempestas magna ꝑdurat. Procelle quanto plus habent viriū tanto minus temporis. Uenti cum ad summū venerunt remittuntur omni violentia. Necesse est ista cōcitatione in exitum sui tendant. Nemo itaqꝫ turbi nē toto die vidit ne hora quidem. Mira velocitas eius et mira breuitas eius. Preterea violentius celeriusqꝫ in terra circa eam voluitur. quo celsior eo solutior : laxiorqꝫ est: et ob hoc diffunditur. Adijce nunc ꝙ etiam si in sum mū pertenderet: vbi sideribus inter est. vtiqꝫ ab eo motu qui vniuersum trahit solueretur quid eñ͞ est illa conuersio ne mundi citatius: ac omnium ventoꝝ in vnum cōiecta vis dissiparetur : et terre solida fortisqꝫ cōpages nedum

ꝑticula aeris torti. Preterea in alto mare nõ p̃t ignis tur
bine illatus nisi ipse quoq; ꝑmaneret turbo. Quod porro
tam incredibile est: q̃ in turbine longior mora. Utiq; mo
tus motu cõtrario vincitur. hꝫ enĩ suã locus ille vertiginẽ
que rapit celũ syderaq; trahit. celiq; volumine torquet: et
aut des eis aliquã aduocationẽ qđ fieri nullo mõ p̃t. quid
de hijs comet; dicet' que senis mẽsibus apparuerũt. Dein
de duo debẽt esse motus eodẽ loco. Alter illi diuinus ꝛ
assiduus suum sine intermissione pagens opus. Alter no
tius et recẽs et turbine illatus. Necesse ẽ ergo alter alteri
impedimẽto sit. Atq̃ lunaris illa orbita ceterorũq; supra
lunã meantiũ motus irreuocabilis est. nec hesitatus q̃ nec
resistit nec dat vllã nobis suspitionẽ obiecte sibi more. fidẽ
nõ hꝫ turbinẽ violentissimũ et ꝑturbatissimũ tempestatis
genus in medios siderũ ordines ꝑuenire ꝛ inter disposita
ac tranquilla versari Credamus ignẽ circũacto turbine ac
cendi et hunc expulsum in sublime prebere nobis opinio
nẽ speciẽq; syderis lõgi. Et puto talis esse debet quale est
id qđ ignẽ efficit. turbinis ãt rotunda facies. In eodẽ enĩ
vestigio ꝟsatur. ꝛ in colũne mõ circũagent; se voluit'. Ergo
ignẽ quoq; qui inclusus ẽ similẽ esse illi oportet. Atq̃ lon
gus ẽ et disiectus minimeq; similis in orbẽ coactus. Epi
genẽ relinquamus ꝛ alioꝝ opiniones ꝑsequamur. Quas
anq̃ exponere incipiã illud inprimis presumendũ est co
metas non in vna ꝑte celi aspici: ne in signifero tantum or
be: sꝫ tam in ortu q̃ in occasu. frequentissime tamen circa

septentrionē forma eius non est vna. Quāuis eñ greci discrimina fecerint eo⁊ quibus in morē barbe flāma de pendet: et eo⁊ qui vndiqȝ circa se velut comam spargūt: et eo⁊ quibus fusus adest ignis: sȝ in verticē tendens: tñ oēs isti eiusdē note sȝ. cometeqȝ recte dicūtur. Quo⁊ cum post longū tempus appareāt forme inter se eos cōparare difficile est. Jllo ipso tempore quo apparent inter spectantes de habitu illo⁊ non cōuenit. sed prout cuiqȝ acrior acies aut hebetatior ita dat aut lucidiorē esse aut rubicundiorem. et crines aut in interiora deductos: aut in latera diuisos. Sed siue sȝ alique differentie illo⁊ siue non sȝ: eadē fiant ratione necesse est cometes. Jllud vnū cōstare debet: pter solitū aspici nouā sideris fatiem circa se dissipatū ignem trahentȝ. Quibusdā antiquo⁊ hec placet ratio cū ex stellis errantibus: altera se alteri applicuit cōfuso in vnū dua⁊ lumine faciē longioris sideris reddi. Nec hoc tunc tantū euenit cū stella stellā attigit: sed etiā cū appinquant. Interuallū eñ qđ inter duas est illustrat̃ ab vtraqȝ inflāmaturqȝ et longū ignem efficit. Hijs illud respōdebimus: certū esse numerū stella⁊ mobiliū. Solem aūt eodē tempore et has apparere et cometē: Ex quo manifestū fit. nō illa⁊ cobitu fieri cometē. sed pꝛiū et sui iuris esse. Etiam nūc frequenter stella sub altioris stelle vestigiū venit. Et saturnus aliqñ super iouem est. et Mars venerē aut mercuriū recta linea respicit. Nec tñ pter hunc cursum cū alter alterū subdit cometes fit. alioquin annis oībus fieret.

dibus enim alique stelle eodem signo simul sunt Si come
tam faceret stella stelle superueniens momento esse desineret
Summa enim velocitas transeuntium est. Ideo omnis syderum
defectio breuis est. quia cito illas idem cursus qui admouerat
abstrahit. Uidemus solem et lunam inter exiguum tempus cum
obscurari ceperit liberari. Quanto celerior debet fieri in
stellis congressio tanto minoribus. Atqui cometes senis
mensibus manent. quod non accideret si duarum stellarum con
uentu gignerentur. Ille enim diu coherere non possunt: et neces
se illas est lex celeritatis sue separet. Preterea illa nobis
vicina videntur. ceterum interuallis ingentibus dissident. Quomodo
ergo potest altera stella usque ad alteram stellam ignem mitte
re: ita vt vtraque iuncta videatur cum sint ingenti ratione di
ducte? Stellarum inquit duarum lumen miscetur: et prebet vnius
speciem. Nempe sic quemadmodum rubicunda fit nubes solis
incursu. quemadmodum vespertina aut matutina flauescunt:
quemadmodum arcum alterne sol visit. Hec omnia primum mag
na vi efficiuntur. Sol enim est qui ista succendit. Stellarum enim
non est eadem potentia. Deinde nihil horum nisi infra lunam in
terrarum vicinia nascitur. Superiora pura et sincera sunt et co
loris sui semper. Preterea si quid tale accideret non haberet mo
ram: sed extingueretur cito: sicut corone que solem lunamue cingunt
et inter breuissimum spatium exalescunt. Nec arcus quidem
diu perseuerat. Si quid esset tale a quo medium inter duas
stellas spacium confunderetur eque cito dilaberetur. Utique non
in tantum maneret quantum morari comete solent. Stellis

intra signiferū cursus est: hunc girū premunt. at comete vbiq; cernunt. Nō magis certū est illis tempus quo appareant: q̄ȝ locus vllus vltra quē nō exeant. Aduersus h ab artemidoro illa dicunt. nō has tantū stellas q̄nq; discurrere. s; has solas obseruatas esse. Ceterū innumerabiles ferri p occultū: aut p obscuritatē luminis nobis ignotas: aut p circulorū positionē talē. vt tūc demū cū ad extrema eorū venere visant. Ergo intercurrūt quedā stelle (vt ait) nobis noue q̄ lumen suū cū stantibus misceant et maiorē q̄m stellis mos est porrigant ignem. hoc ex hijs que metit leuissimū est. tota eius narratio mūdi mendatium impudens est. Nam si illi credimus summa celi ora solidissima est. in modū tecti durata et alti crassiq; corporis. qd athomi cōgesti aceruatiq; fecerunt. Huic prima supficies est ignea ita cōpacta vt solui vitiariq; nō possit. Habet tamen spiramenta quedā. et quasi fenestras p quas ex pte exteriore mūdi influant ignes nō tam magni vt interiora cōturbent Rursus ex mūdo in exteriora labunt. Itaq; hec q̄ preter cōsuetudinē apparēt influxerūt ex illa vtraq; mūdi iacente materia. Soluere ista quid aliud est q̄ȝ manum exercere: et in ventū iactare brachia: velim cū mihi dicat iste cū mūdo tam firma lacunaria imposuit. q̄d sit q̄re credamus illi tantā esse crassitudinē celi? Quid fuit qd in illo tam solida corpa adduceret et ibi detineret? Deinde quod tāte crassitudinis est: necesse est et magni pōderis sit. Quō in summo ergo manēt grauia: Quō illa moles nō descen

dit et se onere suo frangit. fieri em̄ non p̄t vt tāta vis pon deris quantā ille substituit pendeat. et leuibus innixa sit Nec illud quidē p̄t dici: extrinsecus aliqua esse retinacula quibus cadere ꝓhibeat. Nec rursus de medio aliquid esse oppositi: q̄ imminēs corpus excipiat ac fulciat. Illud etiā nunc nemo dicere audebit mundum ferri per immensum et cadere quidem sed non apparere an cadat: q꞉ precipita tio eius eterna est: nihil habens nouissimū in quod incur rat. Hoc quidā de terra dixerunt cū rationem nullam in venirēt: ꝑpter quā pondus in aere staret. Fertur inquiunt sp. s꞉ nō apparet an cadat: q꞉ infinitū est in qd̄ cadit. Quid est deinde qd̄ probes: nō quinq꞉ tantū stellas moueri. sed multas esse: et in multis mundi regionibus? Aut si hoc si ne vllo ꝓbabili argumēto licet respōdere: q̄d est quare nō aliq̄s ante oēs stellas moueri. aut nullā dicat? Preterea nihil te adiuuat ista stellaꝝ passim euntiū turba. Nam qd̄ plures fuerūt sepius in alios incidēt. rari aūt comete et ob hoc mirabiles st̄. Quid q̄ testimoniū dicet cōtra te oīs etas q̄. taliū stellaꝝ exortus ꝛ annotauit et posteris tradi dit. Post mortē Demetrij syrie regis: cuius Demetrius ꝛ anthiocus liberi fuere. paulo an̄ achaiū bellū cometes ef fulsit nō minor sole. Primo igneus ac rubicunndus orbis fuit: clarūq꞉ lumē emittens quāto vinceret noctē. Deinde paulatim magnitudo eius districta est et euanuit claritas Nouissime autem totus intercidit. Quid ergo choire stel las oportet: vt tantū corpus efficiant? Mille in vnū licet

cōgreges:nunq̄ hunc habitum solis eqnabūt. Archelao regnāte in grecia cometes apparuit modicus. Deinde sus tulit se diffuditq̄ & vsq̄ i equinoctialē circulū venit. ita vt illam plagam celi cui lactea nomē est: in immensum exten sus equaret. Quid ergo cōuenisse debent erratice vt tā lōgū celi tractū occuparēt igne cōtinuo. Contra argumentū dictū est. cōtra testes dicendū est. Nec magna demolitione detrahenda est auctoritas. Ephori historicus est. Quidā incredibiliū relatu cōmendationē parāt: & lectorē aliud ac turū: si p quotidiana duceret miraculo excitāt. Quidā cre duli: quidā negligētes sūt: quibusdā mendatiū obrepit. qui busdā placet. Illi nō p̄o euitāt. hij appetūt & hoc in cōmu ne de tota natione q̄ approbare opus suū et fieri populare nō putat posse nisi illud mēdatio aspsit. Ephorus vero nō religiosissime fidei sepe decipit sepe decipit. Sicut hic dicit cometē qui oīm mortaliū oculis custoditus est: q̄ in gentis retraxit euentū. cū Helicē et Burim ortu suo mer sit. ait illū descendisse in duas stellas: qd̄ p̄ter illū nemo tradidit. Quis eñ posset seruare illud momentū quo co metes solutus et in duas ptes redactus est. Quō aūt si est qui videret cometē in duas dirimi. nemo vidit fieri ex dua bus. Quare aūt nō adiecit in quas stellas diuisus sit. cū aliqua ex quinq̄ stellis esse debuerit. Appollonius mūdi us in diuersa opinione est. ait eñ cometē nō vnū ex mul tis erraticis effici s3 multos cometas erraticos esse. Nō ē inq̄t species falsa. nec duaꝝ stellaꝝ cōfinio ignis extentus

ſʒ et ꝓprium ſydus cometes eſt:ſicut ſolis aut lune. Talis illi forma eſt nõ in rotundũ reſtricta: ſʒ ꝓcerior et in lon gũ ꝓducta. Ceterum nõ eſt illi palã curſus. alciora mun di ſecat: et tunc demum apparet cum in vnum curſus ſui venit. Nec eſt ꝙ putemus eundẽ viſum eſſe ſub Claudio: quẽ ſub Augusto vidimus: Nec hũc qui ſub Nerone ceſa re apparuit. et cometis detraxit infamiã illi ſimilem fuiſſe. qui poſt diui Julij veneris ludis genitricis circa vndeci mã horã diei emerſit. Multi varijq́ʒ ſtʒ. diſpares magnitu dine: diſſimiles colore. alijs rubor eſt ſine vlla luce. alijs cã dor et purũ liquidũq́ʒ lumẽ. alijs flãma ⁊ hec non ſincera nec tenuis ſʒ multũ circa ſe voluẽs fumidi ardoris. Cruẽ ti quidã minaces q̃ omẽ poſt ſe futuri ſanguinis ferũt. hij minuũt augẽtq́ʒ lumẽ ſuũ queãdmodũ alia ſidera q̃ clario ra cũ deſcenderũt ſtʒ maiora: q̃ qꝛ ex loco ꝓpiore viſunt mi nora cũ redeũt: et obſcuriora qꝛ obducũt ſe lõgius. Aduer ſus hoc ꝓtinus reſpondet. nõ idẽ accidere in cometis q̃ꝺ in ceterʒ. Comete eñ quo primũ die apparuerit maximi ſtʒ. Atq̃ deberẽt creſcere quo ꝓpius accederẽt. Nõ aũt ma net illis prima facies donec incipiãt extingui. deinde ꝙ ad uerſus priores: etiã aduerſus hunc dr̃. Si erraret come tes eſſetq́ʒ ſydus intra ſigniferi terminos moueret. intra q̃ꝺ oẽ ſydus curſus ſuos colligit. Nunq́ʒ apparet ſtella ꝑ ſtellã. Acies nrã nõ p̃t ꝑ mediũ ſidus exire. vt ꝑ illud ſupio ra ꝓſpiciat. ꝑ cometẽ aũt nõ aliter q̃ʒ ꝑ nubẽ vlteriora cer nunt. ex quo apparet illũ nõ eſſe ſydus: ſʒ leuem ignẽ ac tu

multuariū. Zenon nr̄ in illa sententia ē cōgrue iudicat stel las ꝛ radios interse cōmittere. hac societate luminis existe re imaginē stelle lōgioris. Ergo quidā nullos eē cometas existimant: sed species illoꝝ ꝑ repcussonē vicinoꝝ syderū: aut ꝑ cōiunctionē coherentiū reddi. Quidā aiunt eē quidē sꝫ habere cursus suos ꝛ post certa lustra in cōspectu morta liū exire. Quidā esse quidē sꝫ non q̄bus syderū nomē impo nas: qꝛ dilabunẗ. nec diu durāt: et exigui tp̄is mora dissipā tur. In hac sententia stꝫ plerıq̄ꝫ nostroꝝ: nec id putāt veri tati repūgnare. Uidemus em̄ in sublimi varia igniū cōcipi genera. ꝛ mō celū ardere: mō lōgos a tergo flāmaꝝ albesce re tractus: mō faces cū igne vasto rapi. ipsa iā fulmina et si velocitate mira simul ꝛ prestringunt aciem et relinqunt ignes suos aeris attriti. et impetu inter se maiore collisi. Ideo ne resistunt quidem: sed expressi fluunt ꝛ protinus pereunt. Alij vero ignes diu manent: nec ante discedunt q̄ꝫ consumptum est omne quo pascebantur alimentum. Hoc loco sunt illa A possidonio scripta miracula colum ne clipeiq̄ꝫ flagrantes. alieq̄ꝫ insigni nouitate flamme: que non euerterēt animos si ex consuetudine et lege discurre rēt. Adhuc stupent omnesq̄ꝫ repentinū ignem ex alto effe runt: siue emicuit aliquid et fugit. siue cōpresso aere et in ardorem coacto loco miraculi stetit. Quid ergo? Non ali quādo Lacuna cedentis retro etheris patuit et vastum in cōcauo lumen exclamare posses. quid est hoc? Mediū video discedere celū pallentesq̄ꝫ palo stellas que aliqn̄ nō

expectata nocte fulserũt et p mediũ eruperunt diẽ. Sed alia huius rei ratio est: quare alieno tempore apparẽt ae re etiã cũ latẽte cõstant: Multos cometes videmus q̃ ob scurant radijs solis: quo deficiente quẽdam cometẽ appa ruisse quem sol vicinus traxerat Possidonius tradit. Se pe aũt cũ occidit sol sparsi ignes nõ pcul ab eo vident. Vi delicet ipsa stella sole pfunditur et ideo aspici non pt. Co mete autem radios solis effugiunt. Placet ergo nostris cometas sicut faces: trabesq̃ z alia ostenta celi denso aere creari. Ideo circa septentrionẽ frequentissime apparẽt qz illic plurimũ est aeris pigri. Quare ergo nõ stat cometes sz pcedit. dicã. Igniũ materia alimentũ suum sequit. Quã uis em̃ ad supiora visus est. tñ deficiente materia retroiẽs ipse descendit. In aere quoq̃ si dextrã leuãq̃ pmit ptem Nulla em̃ illi via est sz q̃ illũ vena pabuli sui duxit illo re pit. nec vt stella pcedit: sed vt ignis pascit. Quare ergo p longũ tempus apparet et non scito extinguitur? Sex em̃ mẽsibus hic quẽ nos Neronis principatu letissimo vidi mus spectandũ se prebuit ĩ diuersum illi Claudiano circũ actũ. Ille em̃ a septentrione in verticẽ surgens: orientẽ pe cijt sp obscurior: h ab eadẽ pte cepit sz in occidentẽ tendẽs: ad meridiem flexit et ibi se subduxit. Videlicet ille humilio ra habuit et aptiora ignibus que psecutus est: huic rursus vberior fuit et plenior regio. Huc itaq̃ descendũt inuitãte materia nõ itinere. Quod apparet duobus quos spectaui mus fuisse diuersũ. cũ hic ĩ dextrũ motus sit: ille in sinistrũ

omnibus aũt stellis. in eadem pte cursus est. id ẽ cõtrarius mũdo. mundus em̃ ab ortu voluit in occasum: ille ab occasu in ortũ eunt. et ob h̃ duplex hijs motus est ille quo eunt et hic quo auferunt. Ego nostris nõ assentio. Non em̃ existimo cometem subitaneũ ignẽ sed inter eterna opa nature. Primũ quecũq; aer creat brevia st̃. Nascunt em̃ in re fugaci et mutabili. Quõ pt em̃ in aere aliquid diu pmanere: cũ ipse aer nũq̃ idem maneat. fluit sp et brevis illi quies est. Inter exiguũ momentũ i aliũ q̃ in quo fuerat statũ vertitur. Nunc pluuius. nũc serenus. nũc inter vtrũq; varius. nubesq; illi familiarissime st̃. in quas coit et ex quibus solvit. mõ congregant. modo digerunt. nũq̃ immote iacent fieri non põt vt ignis certus in corpe vago sedeat. et ita ptinacit hereat q̃ q̃ natura: ne vnq̃ excuterent aptavit. Deinde si alimẽto suo hereret sp descenderet. Eo em̃ crassior aer ẽ quo terris pinquior. nũq̃ cometes in imũ vsq; dimittit. neq; appropinquat solo etiã nũc. Ignis aũt it quo illũ natura sua ducit id est sursum aut eo quo trahit materia cui adhesit et quã depascit. Nullis ignibus ordinarijs et celestibus iter flexũ est. Sideris priũ est ducere orbẽ. At qui hoc comete an alij fecerũt nescio. duo nostra etate fecerũt. Deinde omne qd̃ causa temporalis accendit cito intercidit. Sic faces ardent dũ transeũt: sic fulmina in vnũ valent ictũ. sicq; transuerse dicuntur stelle et cadentes pretervolant et secãt aera. Nullis ignibus nisi in suo mora est. Illis dico diuinis quos habet mũdus eternos quia

ptes eius sit et opera. Hij aūt aliquid agūt et vadūt et te norem suum seruāt. paresq; sunt. Nō alternis diebus ma iores minoresue fierēt si ignis ess; collectitius ⁊ ex aliqua causa repentinus. Minor enī esset ac maior, put plenius aleref aut malignius. Dicebā mō nihil diuturnū esse: qđ exarsit aeris vitio. nunc amplius adijtio. Morari ac stare nullo mō potest. Nā et fax et fulmen et stella transcurrēs: et quisquis alius ē ignis aere expressus in fuga est. nec ap paret nisi dū cadit. Cometes habet suam sedē: et ideo nō cito expellif. sed emetif spacium suum nec extinguif sed ex cedit. Si erratica inq̄t stella esset in signifero esset. Quis vnū stellis limitē ponit? Quis in angustū diuina cōpellit? Nempe hec ipsa sydera que sola moueri creditis: alios ⁊ alios circulos habent. Quare ergo nō aliqua sint que in pprium iter et ab istis remotū secesserint. Quid est quare in aliqua parte celi peruiū non sit? Quod si iudicas non posse vllam nisi signiferū attingere. Cometes pt sic altum habere circulum vt modo in hac parte aliqua sui incidat. quod fieri nō est necessariū sed potest. Uide ne hoc magis deceat magnitudinem mūdi vt in multa itinera diuisus. hinc non vnam deterat semitam ceteris ptibus torpeat: Credis aūt in hoc maximo. et pulcherrimo corpore inter innumerabiles stellas q̄ noctem decore vario distinguunt: que minime vacuū et inhertem esse paciuntur quinq; stel las esse: quibus exercere se liceat ceteras stare. fixum et im mobilē populū? Siquis hoc loco me interrogauerit. qua

re ergo non quēadmodū quinqȝ stellarum ita harum ob
seruatus est cursus. huic ego respondeo. Multa sunt que
esse concedimus. qualia sunt ignoramus. habere nos ani
mum: cuius imperio impellimur et reuocamur. omnes fa
tebuntur. quid tamen sit animus ille rector dominusqȝ
nostri. non magis tibi quisqȝ expediet q̄ȝ vbi sit. Alius illū
dicet esse spiritū: alius cōcentum quēdam: alius vim diui
nam et dei ptem: alius tenuissimū aerem: alius incorpora
lem potentiam. Non deerit qui sanguinem dicat: qui ca
lorem. Adeo animo nō potest liquere de ceteris rebus vt
adhuc ipse se querat? Quid ergo miramur cometas tam
rarum mundi spectaculum nondum teneri legibus ceteris
nec inicia illorum finesqȝ notescere? quoꝝ exigētibus inter
uallis recursus est? Nondum sunt anni mille quingenti ex
quo grecia stellis numeros et nomina fecit. Multeqȝ ho
die sunt gentes que tantum facie nouerāt celum que non
dū sciant cur luna deficiat: quare obumbretur. Hoc apud
nos quoqȝ nuper rō ad certū pduxit. Ueniet tempus quo
ista que nunc latēt in lucē dies extrahat: et longioris eui
diligentia ad inquisitionē tantoꝝ etas vna nō sufficit vt
tota celo vacet. Quid q̄ tā paucos annos inter studia ac
vicia non equa portione diuidimus? Itaqȝ p successiones
ista longas explicabuntur. Ueniet tempus quo posteri
nostri tā apta nos nescisse mirentur. harū quinqȝ stellaꝝ
que se ingerunt nobis: que alio atqȝ alio occurrentes loco

curiosos nos esse cogũt qui matutini vespertiniq; ortus sint:
que stationes: quãdo in rectũ ferantur: quare agantur re
tro. modo cepimus scire vtrũ mergeret iupiter: an occide
ret: an retrogradus esset. Nam hoc illi nomen imposuere
cedẽti ante paucos annos didicimus. Inuenti sũ qui no
bis dicerent erratis qui nullam stellã aut supprimere cur
sum iudicatis: aut vertere. Non licet stare celestibus nec
auerti. prodeunt oĩa. vt semel missa sunt vadunt. Idem erit
illis cursus qui sui finis. Opus hoc eternũ irreuocabiles
habet motus. qui siquãdo cõstiterint alia ex diuerso inci
dent q̃ non tenor et equalitas seruat. Quid est ergo? Cur
de aliqua redire videantur? Solis occursus speciẽ illi tar
ditatis imponit: et natura viaꝝ circuloꝝq; sic positoꝝ vt
certo tempore intuens afflãt. Sic naues q̃uis plenis ve
lis eant videntur tñ stare. Erit qui demonstret aliquãdo
in quibus comete ꝑtibus errent. Cum tam seducti a cete
ris eant. quãti qualesq; sint. Cõtenti sumus inuentis ali
quid veritati ⁊ posteri conferant. Per stellas inquit vltio
ra non cernimus. per cometas aciem transmittimus. Pri
mũ si fit istud: nõ in ea ꝑte sit qua sydus ipsum ẽ spissi ac
solidi ignis. sed qua rarus splendor excurrit et in crines
dispergitur. Per interualla ignium non per ipsos vides.
Stelle inquit oẽs rotunde sunt: cometes porrecti: ex quo
apparet stellas non esse. Quis eñi tibi concedet cometes
longos esse quoꝝ natura quidẽ vt ceteroꝝ syderũ globus

est? Ceterorum fulgor extenditur quemadmodum sol radios suos
longe lateque dimittit. Ceterū ipsi alia est forma. alia ei qui
ex ipso fluit luminis. Sic cometarum corpus ipsum corro
tundatur. Splendor autem longior ꝙ ceterorum siderū apparet.
Quare inquis? Dic tu mihi prius quare luna dissimilimū
soli lumen accipiat cū accipiat a sole? Quare modo rubeat:
modo palleat Quare liuidus illi et acer color sit cū in cō
spectu solis excluditur? Dic mihi quare oēs stelle inter se dissi
milem habeāt aliquatenus faciem diuersissimā soli? Quō
nihil phibet ita sydera esse. quāuis similia nō sint nihil p
hibet cometas eternos esse et sortis eiusdem cuius cetera
etiam si faciem illis nō habuit similem. Quid porro mū
dus ipse si consideres illū: nonne ex diuersis cōpositus est
Quid est quare in leone semp sol ardeat et terras estibus
torreat. in aquario astringat hyemem. flumina gelu clau
dat? Et hoc tamen et illud sydus eiusdem cōditionis est:
cū effectu et natura dissimile sit intra breuissimū tempus
aries extollitur: libra tardissime mergitur. et tamē sydus et
illud eiusdem nature est. cū illud exiguo tempore ascendat:
illud diu proferatur. Nō vides ꝙ contraria inter se elemen
ta sint? grauia et leuia sunt. frigida et calida. humida et sic
ca. Tota huius mūdi concordia ex discordia constat. Ne
gas cometem stellā esse quia forma eius non respondeat
ad exemplar: nec sit ceteris similis. Uides em̄ simillima
esse illa que tricesimo anno reuertitur ad locū suum. Huic
que intra annū remisit sedem suā. non ad vnam natura

formā opus suum prestat. sed ipsa varietate se iactat. Alia morosiora. alia velociora alijs fecit. Alia validiora. alia tē peratiora: quedam aūt eduxit a turba. vt singula et cōspicua procederēt: quedā in gregem misit. Ignorat nature potentiā qui illi nō putat aliqñ licere: nisi qđ sepius facit. Cometes non frequēter ostendit attribuit illis aliū locum alia tempora: dissimiles ceteris motus. Voluit et hijs magnitudinem operis sui colere: quoꝝ formosior facies est q̄ꝫ vt fortuitā putes siue amplitudinē eoꝝ cōsideres siue fulgorē qui maior est ardenciorq̄ꝫ q̄ꝫ ceteri: facies vero hꝫ insigne quiddam et singulare nō in angustū cōiecta ꝛ artata: sꝫ dimissa liberius et multaꝝ stellaꝝ amplexa regionē. Aristoteles ait cometas significare tempestatē et ventoꝝ intemperantiā atq̄ꝫ imbrium. Quid ergo nō iudicas sydus esse qđ futura denunctiat? Non eñ sic hoc tempestatis signū est q̄ō future pluuie scintillare oleū et putres cōcrescere fungos. aūt q̄ō indiciū est seuituri maris si marine in sicco ludunt fulice: notasq̄ꝫ paludes deserūt. atq̄ꝫ altā supra volat ardea nubem. Sed sic q̄ō equinoctiū in calorem frigusq̄ꝫ flectentis anni: quomodo illa que caldei canunt quid stella nascentibus triste letumne cōstituat. Hic vt scias ita esse nō statim cometes ortus ventos et pluuias minatur vt Aristoteles ait: sed annum totum suspectum facit. Ex quo apparet illū non ex proximo que in proximum daret signa traxisse: sed habere reposita et compressa legibus mundi. Fecit is cometes qui patriculo et vapisco cō

sulibus apparuit q̄ ab Aristotele Theophrastoq3 sit3 pre dicta. Fuerūt enim maxime et cōtinue tempestates vbiq3. At in achia macedoniaq3 vrbes terrarꝫ motibus prorup te sunt. Tarditas inquit illorꝫ argumentum est grauiores esse. multumq3 in se habere terreni. ipsi preterea cursus fe re eūm cōpelluntur in cardines. vtrūq3 falsum est. de priore dicā prius: quia que tardius feruntur grauia sunt. Quid ergo? Stella saturni que ex omnibus iter suū lentissime efficit grauis est. Atqui leuitatis argumentū habet: quod supra ceteras est. Sed maiore inquis ambitu circuit: nec tardius it q̄3 cetere sed longius. Succurratq3 tibi idem me de cometis posse dicere etiam si segnior illis cursus sit. Sed mendatium est ire eos tardius. Nam intra sextum mensem dimidiā celi ꝑtem transcurrit hic proximus prior. intra pauciores menses recepit se. s3 q2 graues sit3 inferius deferunt. Primū non defertur qd circūfertur. Deinde hic primus. a septentrione motus sui inicium fecit. ⁊ ꝑ occiden tē in meridiana ꝑuenit erigensq3 suū cursum oblituit. Al ter ille Claudianus a septētrione primū visus nō desijt in rectū assidue celerior ferri donec excessit. Hec sit3 que aut alios mouere cometas ꝑtinatia aut me. Que an ꝟa sint dij sciunt: quibus est sententia veri. Nobis rimari illa et cōiecturare in occulto tantū licet: nec cū fiducia inuenien di: nec sine spe. Egregie Aristoteles ait. nūq3 nos verecū diores eē debere q̄3 cū de dijs agit. Si intramus templa cōpositi. si ad sacrificiū accessuri vultū submittimus: togā

adducimus: si in oẽ argumentũ modestie fingimus. quãto hic magis facere debemus cũ de syderibus de stellis de deoꝝ natura disputamus: ne quid temere: ne quid impu denter: aut ignorantes affirmemus: aut scientes mencia mur. Nec miremur tam tarde erui: que tam alte iacent. Panetio et hijs qui videri volũt cometẽ non esse ordina riũ sydus: s; falsam sideris faciẽ diligenter tractandum ẽ. an eque ois ps anni edẽdis cometis sat; apta sit. an ois celi regio idonea in qua creentur. an quantũ queq; ire: ibi etiam cõcipi possint. et cetera q̃ vniuersa tollunt: cum dico illos fortuitos nõ esse ignes: s; intextos mundo quos nõ frequẽter educit sed in occulto mouet. Qm̃ multa preter hos p secretũ eunt. nũq̃ humanis oculis orientia. Neq; eñi oia deus humanis oculis nota fecit. Quota oculis ps operis tanti nobis cõmittitur. Ipse q̃ ista tractat qui cõ didit qui totum hoc fundauit dedit q; circa se. maior q; est ps operis sui: ac melior. effugit oculos. cogitatione visen dus est. Multa preterea cognata nimiũ summo et vicinã sortita potentiã. obscura st;. Aut fortasse qđ magis mire ris oculos nostros ⁊ implent et effugiunt. Siue illis tan ta subtilitas est quãtam cõsequi acies humana nõ possit. si ue in sanctiore secessu maiestas tãta delituit: et regnũ suũ. idem se regit. nec vlli aditum dat nisi aio. Quid sit hoc sine quo nil est scire nõ possimus. Et miramur si quos ignicu los parum nouimus cũ maxima ps mundi deus lateat. Quã multa aĩalia hoc primũ cognouimus seculo: q̃ mul ta negotia. Ne quidẽ hec multa veniẽtis eui ꝑ plus ignota

nobis sciet. Multa seculis tūc futuris cū memoria nostri
exoleuerit reseruant. Pusilla res mūdus ē. nisi in illo qd
querat omnis mundus habeat. Nō semel quedam sacra
traduntur. Eleusiua seruat qd ostendat reuisentibus. Re
rum natura sacra sua nō simul tradit. Iniciatos nō credi
mus. in vestibulo eius heremus Illa arcana nō promiscue
nec oībus patent. reducta etiā in interiore sacrario clausa
sūt. Ex qbus hec etas aliud q̄ post nos subibit aspiciet. qū
ergo ista in nociciā nostrā pducentur? Tarde magna pue
niunt. Utiq̄ si labor cessat in qd vnū toto agimus animo
nondū pfecimus vt pessimi essemus. Adhuc in processu vi
cia sūt. Inuenit luxuria aliqd noui ī qd insaniat. Inuenit
impudicitia nouā cōtumeliā sibi. Inuenit deliciaꝝ disso
lutio et tabes aliquid tenerius molliusq̄ quo pereat. Nō
dum satis robur oē proiecimus. Adhucq̄ quicqd est boni
moris extinguimus leuitate et politura corporū. Mulie
bres mūdicias antecessimus. colores meretricios: matro
nis quidē nō induendos viri sumimus. Tenero et molli
gressu suspendimus gradum. Non ambulamus sȝ incedi
mus: exornamus annulis digitos: in oī articulo gemma
disponitur. Quotidie cōminiscimur p que virilitati fiat in
iuria aut traducat q: non pt exui. Alius genitalia excidit.
alius in obscenā ptē ludi fugerit et locatus ad mortē infa
mic armat. Egenus etiā in quo morbū suū exerceat legit.
Miraris si nondū sapientia oē opus suū impleuit. Non
dum tota se nequitia protulit. Adhuc nascit et hinc oēs

operam damus huic oculi nri. huic manus seruiunt. Ad sapientiā qs accedit? Quis dignū iudicat: nisi quē in trāsitu mouerit? Quis philosophum aut vllum liberale respicit studiū nisi cū ludi intercalant. cū aliqs pluuius interuenit dies quē pdere licet Itaqꝫ tot familie phoꝝ sine successione deficiūt. Academici et veteres et minores nullū antistitē reliquerūt. quis em̄ qui tradat precepta Platonis? Pithagorica illa inuidiose turbe schola preceptorē nō inuenit. Sextioꝝ noua ꝛ romani roboris secta inter inicia sua cū magno impetu cepisset extincta ē. At quāta cura laborat ne cuiuslibet patrimonij nomē intercidat? Stat p successores Pyladis et Batilli domus. harū artiū multi discipuli sūt: multiqꝫ doctores. Priuatum vrbe tota sonat pulpitū. In hoc viri. in hoc femine tripudiant Mares inter se vxoresqꝫ cōtendūt vt detur latus. Illius deinde sub psona cū diu trita frons ē trāsitur ad galeam. phie nulla cura est. Itaqꝫ adeo nihil inuenitur ex hijs que parum inuestigata antiqui reliquerūt vt multa q̄ inuēta erāt oblitterentur. At mehercule si hoc totis mēbris premeremus. si in h iuuentus sobria incūberet. hoc maiores docerēt. h minores addiscerent vix ad fundū veniret in quo veritas posita est quā nūc in summa terra leui manu querimus)

¶ Finit opus preclarū Senece de questionibus naturalibus lecturis omnibus inestimabilē pollicens cōmoditatem. Impressum Lypczk per Arnoldum de Colonia.

BIBLIOTHECA UNIV. JAGELL. CRACOVIENSIS

uo
tū
ut
uū
do
te
uda
uea
ꝫ .ꝗ.
oacd
canā
mes.
ꝯ ꝗo.
argē
endite
ucū
rac
ꝗ ſe
ꝗ.
as ē
ad ꝫ.
ꝯ gau.
tibuc
ſſiois
itate
is caꝭ
ui poi
ꝯ irkin
ueo .ſ. ī
ꝫ ꝫ m ſcī
ras . agᷓ
ucio rex
ꝯ ꝫ pō
llias ſpo
initat . d.



